

5374 in tenimento di Castelforte al Pantanello.

M · BADIO · PO . . .
TITO
M · BADIÓ · CHARIT
AII

Ciuffi Traetto p. 92 (inde Minervini *Comm. di Caserta* 1870 Sept. 12, cf. Iul. 4); Mattej ms. p. 659.

1. 2. 4 non vidit Matt. — 3 sic Matt., CHATIT Ciuffi.

5375 [= 4210] Frattae GES.; in ecclesia S. Michaelis Archangeli ORG.

C · CAECINAE · C · L
EVANTHE · LIBERTO
OPTIMO · ET
urceus FIDELISSIMO patera
5 CAECINA · PAETVS
PATRONVS · FE
cl
equus frenis solutis, ramum frondosum ore tenens

Gesualdo p. 462; Franciscus Orgaro in actis Casertanis ms. sub d. 28 Aug. 1870.

6. 7 PATRONVS (rel. om.) Ges., PATRONVS-FE | LICI Org.

5376 in tenimento di Castelforte nel terreno detto il Pantanello.

L · MANLIVS · L · L · DEMETRIVS · V
MANLIA · L · L · AMMIA · V
L · MANLIVS · L · L · NICOSTRATVS
L · MANLIVS · L · L · HORESTES
5 L · MANLIVS · L · L · DEMETRIVS
L · MANLIVS · L · L · QVARTIO

Ciuffi Traetto p. 91 (inde omnino Minervini *Commiss. di Caserta* 1870 Sept. 12, cf. Iul. 4); Mattej ms. p. 658.

2 fin. v om. Ciuffi.

5377 Ausoniae (olim Fratta) in ecclesia S. Michaelis Archangeli.

P · MANLIO · TI · F
PAL · LIGIRI
EXS · TESTAMENTO · DE
HS LX · M · N · CVRANTIBVS
5 LIB · P · MANLIO · PHAETONTE
P · MANLIO · HOMERO
P · MANLIO · HILARO

Franc. Orgaro in actis Casertanis ms. sub die 28 Apr. 1870.

2 *Ligir* et *Ligur* videntur componi posse cum *maximo* et *maxumo* similibusque.

5378 reperta ad Lirim, nunc in oppido SS. Cosmae et Damiani.

PACVVIAE
C · F · GRAPHIDI
PACVVIVS OLYMPICVS
PATRON OPTIMAE

Minervini *Commissione di Caserta* 1870 Sept. 12 (cf. Iul. 4) ab aliis.

3 OL·NPICS traditur.

5379. 5380 [= 4219. 4220] fragmenta in campo prope Frattam rep.

5379 DIVVS · M · F

5380 D · EQVES

Gesualdo p. 466.

5381 [= 4218] Frattae GES.; in ecclesia parochiali ACTA.

DIS · MANIBVS
Venus nuda iacet cum Cupidine

Gesualdo p. 462; acta Casertana ms.

LXVI. AQVINVM (Aquino). Tribu Oufentina.

De Aquino vetustiorum temporum memoria non magis quam de Casino extat, ut etiam per Hannibalicam tempora vix eius mentio aliqua fiat (Liv. 26, 9, 3; Silius 8, 405. 12, 528). Romanorum quo tempore factum sit, quatenus fieri potest supra p. 509 exposuimus. Ciceronis aetate municipium fuit (Philipp. 2, 41, 106), colonia autem, cum Plinianus index regionis primae (3, 5, 63) conscriptus est et aetate Tiberii (n. 5393. 5395) et cum Tacitus scripsit (hist. 4, 88. 2, 63); itaque confirmatur quod est in indice coloniarum p. 229: *Aquinum: muro ducta colonia: a triumviris deducta: iter populo debetur ped. XXX: ager eius perennis limitibus est adsignatus, modo tresviri intellegantur non coloniae deducendae, sed rei publicae constituendae. Magistratus sunt duo viri tam quinquennales* (n. 5382. 5393; *quinquennalis* n. 5401), qui cum sunt domus imperatoriae, eorum loco funguntur *praefecti quinquennales* (n. 5392. 5393. 5394), quam *iure dicundo* (n. 5392. 5393) vel nude (n. 5399. 5415), et *aediles* (n. 5399. 5415). *Quaestura* certum locum in ordine honorum non obtinet et iterato quoque, item post summos honores suscipitur (n. 5392. 5393. 5399. 5404?). Sacerdotes nominantur viri *pontifex* (n. 5392. 5393), *augur* (n. 5401. 5404?), *flamen Romae et divi Augusti* (n. 5393), *flamen divi Vespasiani* (n. 5382), *haruspex* (n. 5420), *magistri* quinque (n. 5388); mulieres *sacerdos publica* (n. 5414), *sacerdos Liberi publica Aquinas* (n. 5422), *sacerdos divae Augustae* (n. 5413). Accedunt *seviri* (n. 5420. 5427) enuntiato oppidi nomine, item 5418. 5425), in his *sevir iterum, Augustalis prim(us?)* n. 5424 et sive iidem sive diversi *seviri Victoriae* (n. 5416 cf. n. 5499). Collegium reperitur [ae]neatorum (n. 5415). Frequentiam oppidi et auctores testantur (Cicero l. c.: *cum ad Aquinum accederet, obviam ei processit, ut est frequens municipium, magna sane multitudo;*

Strabo 5, 3, 9 p. 237: Ἀκούιον μεγάλη πόλις; Silius 8, 405: *ingens Aquinum*). Tribum oppidi enuntiant tituli domestici passim. Fuisse in ipsa Latina et Cicero ait l. c. et ostendunt itineraria (supra p. 60).

Cum Aquino contribuendum esse universum agrum ad Melfim fluvium usque, id est pagos Capodacqua Palazzuolo Caprile Roccasecca comprobant tituli hoc loco reperti n. 5416. 5426. Ad confinia territorii Aquinatis Interamnam versus et Casinum quod attinet, ad illud revocavi oppida pagosve Monte Leucio, Pontecorvo (medio aevo dictum villam Aquinensem, v. Cluverius Ital. p. 1039), Piumarola (eam Cayro ait ad saec. X usque comprehensam fuisse finibus Aquinatium, repertusque est ibi titulus n. 5530 tribum habens Aquinatium), Piedimonte di S. Germano, le Fontanelle, Villa S. Lucia, cum plerique tituli hic reperti optime Aquino conveniant. Sunt tamen in his propter magistratum rationem aliasve ob causas aut Interamnam revocandi (ut n. 5405. 5411 cf. n. 5410) aut Casinum (n. 5416) et omnino tenendum est inventos inter tria oppida pari fere iure ad quodvis eorum posse referri. Nihilominus iam magis placuit titulos exhibere non ad arbitrium editoris distributos, sed ad certos fines dispositos, ne plus mihi sumerem quam licet editori.

Aquinatia epigrammata repertaque in vicinis oppidis Pontecorvi et Ceprani cum pariter atque Casinatia apud auctores saec. XV deficient, incipiunt saec. XVI medio ab ANONYMO COD. SENENSIS C. III. 27, a FIGHIO, ANTONIO AVGVSTINO cod. Matrit. B b f. 187, ANONYMO COD. VAT. 6217 f. 292—295, quae est sylloge non magna, sed bona ex ipsis lapidibus ducta tota eleganterque satis scripta versibus quoque recte divisis. Tres hos auctores observandum est dare titulum n. 5495 plenum mox SMETIO visum imperfectum. Huius copiis, qui ipse haec loca